

corum diversitate variat; secunda vero et tertia universalis est, et merito præhabenda.

MENSURA TEMPORIS.

XLIII. Mensuram temporis ex solis motu desumimus. Hic cum inæqualis sit, tempus *verum* ac *medium* distinguimus: dies verus intra binos solis transitus per eundem meridianum concluditur; dies contra *medius* is intelligitur, quo circulus declinationis solis per æquatorem quotidie æqualiter progrediretur. Cum augmentum diurnum ascensionis rectæ reperiatur = $59'. 8''. 20'''$; sequitur intra diem medium, cui horologia nostra conformantur, $360^\circ 59'. 8''. 20'''$. æquatoris meridianum transire. Non nisi quater in anno hæc utriusque temporis differentia evanescit.

XLIV. Si tempus solare medium cum diurno motu fixarum conferatur; deprehenditur, illas singulis diebus per intervallum $3'. 56''$: citius ad meridianum pervenire adeo, ut *dies sidereus* intra 23 hor. $56'. 4''. 5'''$. temporis medii absolvatur.

* *Probl.* 1) Tempus primi mobilis in gradus æquatoris aut in tempus solare medium convertere, et vicissim. 2) Observare tempus verum meridiei, MO-